

decreto et causa custodie misimus et mittimus per presentes, ut tandem tedio affecti prefati rei coram nobis compareant relusuri ipsosque sic missos per nos censura que convenit tueri debere in eadem possessione decrevimus et defendi.

Quocirca vobis mandamus, quatenus scultetum in Haginoia auctoritate nostra diligentius requiratis, quem et nos presentibus requirimus et monemus, ut abbatem et conventum predictos in possessionem predictorum bonorum corporalem inducat ipsosque per eum inductos defendat suo iudicio temporali. Alioquin ipsum quoque monicione canonica premissa in hiis scriptis excommunicatum publice nuntietis ad actores iuris penas et eciam interdicti sententiam contra ipsum processuri, si nobis in hoc non cooperando se reddiderit negligentem. Datum feria quinta ante Lucie. Anno Domini millesimo CCC^o tricesimo tercio.

Orig. perg. mit abgefall. Siegel. H. 934 (4).

(Schluß folgt im nächsten Hefte.)

Ein kanonistischer Traktat aus Bologna.

Ergänzung.

Von Dr. Bliemetzrieder.

Im Jahrgang XXIV (1903) S. 110—12 dieser Zeitschrift veröffentlichte ich aus dem Cod. lat. 5097 der Wiener Hofbibliothek einen kurzen kanonistischen Traktat zum Pisanerkonzil (1409), der trotz seiner Kürze nach dem Zustande der Handschrift nicht unvollständig zu sein schien. Es ist aber doch nicht so; die Abschrift im Manuskript 5097 ist unvollständig geblieben. Denn Verfasser hat während seines Aufenthaltes in Rom im Auftrag des hohen k. k. Ministeriums für Kultus und Unterricht für das Istituto austriaco di studi storici, als er den Cod. lat. Vat. 4153 durchsah, auf fol. 119^r—120^v dasselbe Stück und die Fortsetzung gefunden. Das bereits veröffentlichte Stück ist davon nicht ganz die Hälfte (auf fol. 119^r und ^v). Das Ms. lat. Vat. 4153 ist circa 1409 geschrieben; denn dieselbe Hand, von der fol. 1—68 stammt, kehrt am Ende des Codex wieder, fol. 220^r—230^v mit einem Traktat gegen Gregor XII. Auch hier im Cod. 4153 liegt unser Traktat in einer Abschrift vor, die außerdem nicht gut, sondern voll Fehler ist; eine andere gleichzeitige Hand hat sie daher revidiert und korrigiert. Das Stück ist aber deshalb interessant, weil an dem heutigen Zustand noch ein guter Teil seiner Geschichte ersichtlich ist. Es ist aus Papier, wie der Codex überhaupt; es sind aber noch nach der ganzen Breite in gleichen Abständen zwei Faltstellen er-

kennbar, so daß daraus geschlossen werden muß, das Stück sei an einen andern übersandt worden. In der Tat hat sich am Schlusse, fol. 120^v, ein gewisser „Vester Philippus alias Lunden[sis]“ in einer andern Schrift als derjenigen des Traktats gezeichnet und darunter steht quer darauf die Adresse: „Venerabilibus viris domino Victori de Pace ac Rotrighero [Rotygero?] Balhorii presbyteris summe honorandis cubiculariis domini nostri pape“. Der „Philippus“ erscheint wieder fol. 130^v am Schlusse eines Traktats mit der Bemerkung: „Praedictum opus, quod adversarii Pisan[ensis concilii] carum valde habent istud thesaurum reputantes, fecit dominus P[etrus] de Ankarano. Philippus vester.“ Auch die Namen der beiden Adressaten kann man auf fol. 131^v wieder lesen.

Unser Traktat hat im Cod. Vat. lat. cit. die Überschrift: *Consideraciones aliquae, per quas ostenditur quod domini cardinales possunt convocare concilium.*

Gegenüber dem von mir edierten Stück weist der entsprechende Teil im Vat. 4153 einige, aber unwesentliche Textverschiedenheiten auf. Die Notiz am Schlusse des „Prima consideracio“ des Cod. 5097 der Hofbibliothek: „Hanc opinionem — de potestate Ecclesie“ bringt der Vaticanus am Schlusse der „Secunda consideracio“ und fügt noch hinzu: „Idem tenet Franciscus de Zabarella in suo concilio [sic]¹⁾ seu tractatu de modo uniendo Ecclesiam“.

Die „Quarta consideracio“ setzt nun aber der Vaticanus, fol. 119^r, folgendermaßen fort. [Fol. 119^v] Quod autem concilium generale possit congregari absque mandato pape et eius iudicium sit ratum, probatur a ratione evidentissima. Pone enim, quod unus est²⁾ papa verus et indubitatus, sed hereticus, qui heresim suam propagare conatur, quomodo providebit Ecclesia, si isti nollent consentire in convocacione concilii, nec concilium esset ratum sine auctoritate pape? Sequeretur quod unius defectibus in heresim deveniret, quia crearent cardinales alios prelatos³⁾ eiusdem secte et sic a vera fide orthodoxa mundus totus declinaret, quod⁴⁾ non est cogitandum nec consenciendum, quod hoc casu consilium generale et Ecclesia providere non posset disponendo et providendo in tali casu et sic consilium absque mandato et auctoritate pape poterit convocari. Potest enim hereticus notorius dici qui scisma fovet et pertinaciter perpetuare ipsum conatur, cum una sit Ecclesia, que non debeat habere duos pastores,

1) Nämlich: consilio = Gutachten.

2) Handschr.: est ē.

3) Ms. prelati.

4) Ms. quot.

7. q. 1. In apibus,¹⁾ 16. q. fi. Si plures,²⁾ unde qui eam dividit vel divisam tenet errat contra sembolium [sic] apostolicum ibi: et unam sanctam Ecclesiam, ita no[tat] glo[ssa]rius[?] 7. q. 1. Non autem³⁾, que incipit: sic ergo, quia duo apostolici non possunt esse simul. Sic enim legitur, quod cum esset questio de papatu inter Benedictum Johannem et Stephanum, quorum quilibet aliquo tempore prefuit, eodem anno eiecti fuerunt et quartus videlicet Johannes archipresbyter intronizatus et firmatus fuit licet tamen ab heretico imperatore fuerit postea depositus, ut no[tat] glo[ssa] 23. di. c. 1.⁴⁾ Que quidem depositiones⁵⁾ non poterunt esse sine concilio generali, quod concilium est iudex ordinarius inter plures de papatu contententes, ut no[tat] glo[ssa] 79. di. Si duo.⁶⁾ Item quando crimen est notorium et Ecclesia scandalizatur, licet non sit crimen heresis, papa potest accusari et deponi cum incorrigibilis sit; nam contumacia dicitur heresis et contumax dicitur infidelis, ut no[tat] glo[ssa] 40. di. Si papa;⁷⁾ cum ergo Ecclesia vehementer scandalizetur propter istos de papatu contententes, et maxime propter Gregorium notorie criminisum de reatu periurii, qui [per] totum orbem publicavit se velle cedere pro unione et pace Ecclesie que omnia inverecunde contempsit et contempnit querens ambiciose sibi perpetuare papatum, terras et dominium temporale, ut prompiciores favores sibi acquirat laicis et potentibus dominis indiscrete largiendo, que omnia notoria sunt, quoniam ymmo, ex quo cedere promisit [fol. 120r^o] et iuravit, cedere tenetur vel ad cedendum procuratorem constituere et ad hoc precise [potest]⁸⁾ cogi quia ubi imminet magnum scandalum vel periculum status Ecclesie, sicut est in presenti, cogi potest et debet, et ita tenet Innoc[entius] in c. Nisi cum pridem § Propter maliciam de renunciacionibus [sic],⁹⁾ ad idem glosa [sic] 7. questione 1. Sciencias [sic]¹⁰⁾ in glo[ssa] fi[nali],¹¹⁾ et c. Episcopus a loco in glo[ssa] fi[nali] et utri-bique [sic] per Ar[chidiaconum] 57. di. c. 1.,¹²⁾ de rerum permut. c. Quaesitum,¹³⁾ et licet dicta iura non loquuntur [sic] tamen forcius in papa, quia magis timetur periculum et occurrit scandalum.

¹⁾ c. 41.

²⁾ c. 36, C. XVI, q. 7.

³⁾ Siehe Decretum Gratiani una cum glossis, Venetiis 1604, col. 971.

⁴⁾ Eb., col. 120.

⁵⁾ Korrigiert von einer anderen Hand aus »disposiciones«.

⁶⁾ c. 8; Decret cit., col. 445.

⁷⁾ c. 6; eb. col. 225.

⁸⁾ Hs. precise (sic).

⁹⁾ c. 10, X, 1, 9.

¹⁰⁾ c. 47 Scisciraris?

¹¹⁾ c. 37; Decret. cit. 987.

¹²⁾ c. Si quis.

¹³⁾ c. 5, X, 3, 19.

Item quando papa propter unionem non vult cedere, censetur scismaticus, quia pro sua voluntate impedit unionem Ecclesie et ex hoc censetur in notorio crimine scismatis, ut 7. q. 1. Et factus,¹⁾ [sic] cum sy[milibus]; seisma enim inducit heresim, quia scismaticus intendit sibi construere ecclesiam et Ecclesiam universalem impugnare; creavit enim tales quales cardinales contra votum iuramenti quo ad concilium erat astrictus, ut malo proposito assistant in perpetuacione scismatis. Merito, quia²⁾ in adversitate Ecclesie ab auxilio et pace unionis se subtrahit, magis scismaticus quam apostolicus iudicatur, ut in simili dicit textus 3. q. 1. Nulli,³⁾ merito talem licet anathematizare tamquam invasorem Ecclesie et divinorum mandatorum contemptorem, 79. di. Si quis pecunia.⁴⁾ Eciam illo irrequisito possunt se congregare Christi fideles; nam apostatantes a fide et alii perversi sunt cogendi eciam per flagella malum relinquere, 23. q. 4. Displicet,⁵⁾ per to[tum] et ibi e[ciam?] no[tatur] tex[tus] ad hoc; pro fide enim et utilitate Ecclesie quandoque seculares principes ad concilia admittuntur, 45. di. No [sic], ut hec unio sancta sequatur, de qua unioe Deus gloriatur, 9. q. 3. Archiepiscopus;⁶⁾ conatur enim dyabolus et eius filii unitatem Ecclesie rescindere, caritatem vulnerare, sanctorum operum dulcedinem invidie felle inficere et omnibus mediis humanum genus evertere et perturbare, 16. q. 2. Visis;⁷⁾ unde Romanus princeps in congregatione concilii generalis preter auctoritatem Symmachi tunc apostolici assensit declarationi concilii, dummodo pax et unio sequeretur in Ecclesia, ut dicit textus] 17. di. Hinc eciam,⁸⁾ et licet ibi littera innuere videatur,⁹⁾ quod papa prestitit auctoritatem convocacionis concilii, sicut plures canones hoc affirmant, debet intelligi, quando est unitus et indubitatus Romanus pontifex, sed nunc duo contendunt et quilibet secundum se est in possessione papatus et sue obedientie distincte, nec esset possibile, quod alter solus posset auctoritatem prestare in convocacione concilii generalis, quia alterius obedientia alteri convocanti concilium non pareret, cum negaret ipsum esse papam et sic licet quilibet in obedientia sua¹⁰⁾ posset particulare concilium convocare, tamen non esset generale, ex quo scisma antiquatum posset tolli, sed solum concilium mixtum

1) c. 5 Factus est.

2) »Quia« Korrektur.

3) c. 5.

4) c. 9.

5) c. 33.

6) c. 5.

7) c. 1.

8) Dict. Grat. p. c. 6.

9) »videatur« Korrektu

10) Korr.

utriusque obedientie generaliter congregatum potest pacem dare Ecclesie et de eisdem de papatu contententibus finaliter diffinire, a quo non licet appellare. Quis ergo hoc concilium convocabit generale? Neuter predictorum hoc potest facere, quoniam eisdem non paretur, ut supra. Oportet ergo, quod per medios Christi fideles pacis zelatores,¹⁾ sicut et collegium cardinalium iam unitum, qui propinquiores sunt et ad quos spectat supplere Ecclesie defectum, ut supra dictum est, hoc²⁾ sanctum opus perficiatur. Ad quorum requisicionem omnes prelati dicte unionis amatores et Christi vestigia sequentes convenient seu convenire verisimiliter debent, ut finis tantis angustiis et disturbiis Ecclesie lacerate³⁾ imponatur. Omnes enim fatentur unionem Ecclesie velle perficere, sed dent modum resignacionis utriusque contendencium, que via erat magis expeditiva! Est sublata, ymmo Gregorius novissime eam tamquam diabolicam secundum se turpiter reprobavit et quilibet ipsorum ab eadem fugitivis [fol. 120 v^o] et frivolis causis retrocessit, ut notorium est toti mundo. Est ergo hec via generalis concilii unica subsidiaria ad unionem Ecclesie consequendam. Quibus merito ipsam introducentibus et sequentibus est promptissimis favoribus et auxiliis assistendum. Nam cum tales contententes censeantur heretici, ut supra probatum est, et per consequens non habeant potestatem ligandi vel solvendi, prima q. 1. Remissionem,⁴⁾ eisdem non est parendum, ymmo meritorie agent principes christiani contra tale scisma nutrientes se opponere manu potenti,⁵⁾ 23. q. 5. Omnium,⁶⁾ quia apostatantes a fide et alii perversi sunt per flagella cogendi mala relinquere, ut supra dixi; quoniam eciam precepto pape non est obediendum, quando ex hoc vehementer presumitur statum Ecclesie perturbari vel alia mala ventura. Ita nos[tat] Innoc[entius] de sen. ex. c. Inquisitionem⁷⁾ [sic]. Merito ergo principes et domini temporales et [sic] notam evitent adherencie et fautorum scismatis, eisdem parere non debeant, sed omnem obedienciam eisdem subtrahere. Decrevit enim novissime universitas⁸⁾ Parisiensis⁹⁾ ambos de papatu contententes hereticos esse censendos et adherentes ac eorum fautores tales debere reputari per bonas et fundatas conclusiones, et omnes famosi doctores quasi tocius orbis quam theologi quam iuris utriusque in eorum scriptis et conciliis [sic] confirmarunt hanc viam

¹⁾ Korr.

²⁾ Korr.

³⁾ Korr.

⁴⁾ c. 39, C. 1, q. 1.

⁵⁾ Korr.

⁶⁾ c. 46.

⁷⁾ c. 44 Inquisitioni X, 5, 39.

⁸⁾ Hs. universitatis.

⁹⁾ Korr.

concilii generalis esse necessariam et rationabilem ad scisma tollendum et concilium ipsum per cardinales utriusque collegii potest et debet convocari, quodque obediencia eisdem sit merito subtrahenda et quod ¹⁾ claves exercere non possunt durante eorum obstinatione perpetua. Que lacius per rationes et multa iura examinantur ²⁾ et diffusius hanc partem firmavit in scriptis suis quondam venerabilis et eximius doctor dominus Antonius de Butrio, ³⁾ dominus Franciscus de Zabarellis doctor utriusque iuris, dominus Petrus de Ankarano et universitas ⁴⁾ Bononiensis quasi tota predictis affectualiter assencit.

Das Gebet des Propheten Jeremias.

(Letztes Kapitel der Klagelieder.)

Bearbeitet nach dem metr. System von Prof. H. Grimme (Freiburg, Schweiz) von Fr. Edmund Dorer, O. Cist. Marienstatt.

Im Hebräischen und in der LXX hat das V. Kapitel der Lamentationen obige Aufschrift nicht, während sie sich neben der Vulgata auch in der syrischen Bibel sowie in der arabischen Übersetzung vorfindet.

Das Kapitel V ist, was seine äußere Form anbelangt, sowohl bezüglich der Anordnung der masoretischen Verse, als auch hinsichtlich des Baues derselben höchst kunstvoll. Die Verse genannten Kapitels sind, wie Reuß richtig bemerkt, zweiteilig. ⁵⁾ Sie weichen in ihrem Baue deutlich von den Versen der ersten 4 Kapitel ab. Die masoretischen Verse in Kap. I—IV sind alphabetisch geordnet, und zwar so, daß in Kap. I, II, IV nur je ein, in Kap. III je drei derselben mit dem nämlichen Buchstaben beginnen. Das Kap. V hingegen ist kein alphabetisches, sondern wie Bickell es nennt, ein alphabetisierendes Lied, d. h. es besteht aus so vielen Versen, als das hebräische Alphabet Buchstaben

¹⁾ Hs.: quot.

²⁾ Korr.; ist aber erst nach diffusius* angemerkt.

³⁾ Vgl. mein Buch »Das Generalkonzil im großen abendländischen Schisma«, Paderborn 1904, S. 243 ff.; der Kanonist Matteo Mattesillani setzte den unvollendet gebliebenen Traktat Antons de Budrio fort. Über ihn siehe z. B. Mazetti S., Repertorio di tutti i professori antichi e moderni dell' università di Bologna, Bologna 1847, S. 205, nr. 2061. Von seinem Traktat sind handschriftliche Kopien im Cod. Vaticanus lat. 4039 und Cod. lat. 1406 der Bibliotheca Casanatense in Rom.

⁴⁾ Hs. universitatis.

⁵⁾ Löhr, Die Klagelieder des Jeremias. Göttingen 1895. S. X.